WENCESLAUS BRACK
Konstanz, 1492-1494 Seite 109v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



acetosus de duabus radicibus nominatur, puta
diureticis, videlicet apii et feniculi.
Cuius operatio dixit Mesue, ad coleram grossam
difficilem et ad flegma extenditur. Incidit
enim et mundat, opilationes eius epatis, renum
et splenis aperit. Cuius descriptio et exhibitio
satis practicis nota est. Tamen hic casu
fit, ut verbotenus cursim relationem quantula-
cumque propter aceti mentionem quidpiam afferam.

De aceto squillitico. Cap. xj.

Propter huiusmodi aceti tam
admirandas, quam ineffabiles eius operationes
prorsus tacere nequivi. Vixque in uno
prestanciores in medium proferam. De quo ait
Rasis sexto continentis, capitulo quarto, in hoc verba
Vidi plures in omni regimine ipsorum nullam
tenere custodiam, sed sola assumptione aceti
squillitici, sua conservabant sanitatem. Unde
ait Lucius Colomella terciodecimo rusticarum
rerum libro, capitulo tercio, quod acetum squille
ad corpus reficiendum valet et ad stomacum
atque tussim veterem. Palladius vero libro
octavo rerum rusticarum, capitulo septimo, inquit,
Ipsum tussi resistere, ventrem purgare, flegma
dissolvere, oculorum acumen prestare, digestionis